



**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.  
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

§. IV. Corollaria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

causa totalis actionis, cum nimurum ipso absente ad us non poneretur, ut in exemplo naufragij; vel est tantum partialis, ut quidem cum alii causas impellat ad actum, sic tamen, ut etiam sine ipso vi aliarum causarum actus poneretur. Quæfio procedit in priori sententia; nam metus tantum partialiter concurrens non potest esse causa involuntarii.

Notandum quartò. Cum aliquid sit ex gravi metu, quatuor plerumque actus concurrent: nam in exemplo mercatoris metu mortis suas merces in mare projiciens reperitur in primis amor mercium, qui durat, etiam quo tempore merces in mare projicit. Secundus actus est amor & desiderium vita conservandæ, qui priori præpondet. Tertius est efficax electio projiciendi merces pro conservanda vitæ. Quartus est inefficax & conditionata voluntas non projiciendi merces, si periculum abesse, quæ etiam nolleitas appellatur, & causat tristitiam post mercium abjectionem. His potis sit

## §. II.

**CONCLUSIO.** *Actio ex metu facta est simpliciter voluntaria, & involuntaria secundum quæd, ideoq; dicitur voluntarium mixtum, S. D. q. 6. a. 6.*

Ratio prime partis est: quod procedit ex efficiencia voluntate & intentione operantis, est simpliciter voluntarium (quippe ab intrinseco principio cum cognitione finis) sed quæ sunt ex metu, utei v. g. projectio mercium ex metu naufragij, procedunt ex efficiencia voluntate, & intentione finis; nam revera mercator, sciens volens merces in mare proiecit, ut hoc medio vitam salvaret. ergo

Confirmatur primò. Quæ ex metu sunt, possunt esse peccata, ut cum quis ex metu mortis faciat idolis, & cum ex simili metu Petrus Christum negavit. Ergo etiam sunt voluntaria, quia nihil peccatum, quia voluntarium.

Confirmatur secundò. Metus non tollit librum; ergo nec voluntarium. Antecedens probatur. Quia Martyribus, non obstante metu mortis, era liberum, fidem Christi profiteri, vels significare idolis.

6. Ratio secunda partis est: quia ad involuntarium secundum quid sufficit inefficax renisus voluntatis: sed, ut dictum, cum aliqua ex metu sunt, reperitur inefficax renisus voluntatis. Ergo etiam reperitur involuntarium secundum quid.

## §. III.

## Solvuntur Objectiones.

7. Obijcies primò. Si, quæ sunt ex metu, essent secundum quid involuntaria, propter inefficacem renisus voluntatis, ille, qui de suis peccatis doleret propter metum gehennæ, non eliceret actu honestum, siquidem ille actus foret viatus per adjunctam voluntatem conditionatam non dolendi de peccatis, si gehenna periculum abesse: Atqui sequela est contra definitionem Trid. Sess. 6. Can. 8.

Ref., neg. sequel. & ejus causalem. Tunc enim ea, quæ sunt ex metu, sunt involuntaria secundum quid, habentque adjunctam nolleitatem, R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. II.

quando malum, ex cuius metu aliquis operatur, non causatur ex ipso affectu & voluntate operantis: uti contingit in illo, qui dat suas pecunias latroni ex metu amittendi vitam, quia hoc periculum non causatur ab ipsius affectu, sed plane ab extrinseco avenit. Econtra, si malum, ex cuius metu quis operatur, causatur ab ipso affectu operantis, impossibile est, ut ex illius metu quis efficiatur operetur, quin simul deponat illum affectum, è quo infallibiliter causatur illud malum. Ita contingit in presentente; is enim, quia cognoscit sibi gehennæ periculum imminentem, cautulat ex ipso peccaminolo affectu ad bonum creatum, non potest ex illius metu efficiatur operari, quin hoc ipso deserat affectum erga illud objectum peccaminosum, tanquam radicem & infallibilem causam istius mali: sicque dolor erit ipsi simpliciter sine admixtione involuntarii voluntarius. Quod si peccator ita strafatur, ut habeat conditionatam voluntatem non desistendi à peccato, si gehenna non esset, hoc ipso dolor, tanquam serviliter servilis, ut vocant, carcerbit debitam honestatem morali.

Obijcies secundo. Si metus non causaret involuntarium simpliciter, tunc contractus ex metu initio, vota quoque metu extorta non essent ipso iure irrita ex defectu voluntarii; sed sunt irrita, uti pareat ex Tit. de his que vi metuē causā sunt, ergo.

Ref. dist. sequel, maj, non essent ipso iure irriti ex defectu voluntarii jure naturali, & ex defectu voluntarii simpliciter, concedo: jure positivo & ex defectu voluntarii puri, nego. Non igitur ipso iure nature, sed jure positivo irritantur aliqui contractus initi ex metu injustè incusso, non quod ipsis deficit absolute sufficiens voluntarium (cum libertas, quæ sufficit ad peccatum mortale, ordinariè sufficiat ad contractum & votum; ad peccatum verò mortale sufficit voluntarium ex metu, ut suprà dictum) sed quia tum ad plura evitanda inconvenientia, tum in presentem illius, qui metum injustè incussum, Legislatores ejusmodi contractus irritare consultò voluerent. De quo §. sequenti.

Obijcies tertio. Si metus non tollat voluntarium simpliciter, tunc qui ad evitandum grave malum omitteret audire Sacrum die festo, vel non servaret jejenum, non excusaretur à peccato grave; sed consequens est falsum: ergo. Sequel. prob. Voluntaria transgressio legis est peccaminosa: sed non obstante metu hic esset voluntaria legis transgressio: ergo.

Ref., neg. seqq; ejusq; probat, dist. Voluntaria & formalis transgressio legis, nempe hic & nunc obligantis, est peccatum, concedo; materialis transgressio legis, hic & nunc non exercentis obligationem, nego. In dicto autem casu cessat legis obligatio, eò quod leges positivæ humanae, & aliquando Divinae ordinariè non obligent, quando sine gravi incommmodo servari non possunt.

## §. IV.

## Corollaria.

10. Infere ex dictis primo. Quoscunque contractus secundum quid, etiam matrimoniales, promissiones, vota metu etiam gravi injustè incusso facta, ex se, stando in jure

jure naturali esse valida. Ita contra Molinam & quosdam alios Richardus, Sotus, Castrop. Jo. à S. Th. cum alijs, quos citat & sequitur Rhedius q. 4. a. 1. n. 34. & seqq. Ratio est: ut jure naturali subsistat contractus, sufficit legitimus titulus ad contractus substantiam requisitus, & voluntarium simpliciter: sed in contractu quantumvis ex gravi metu initio potest intervenire legitimus titulus, adeo quoque voluntarium simpliciter, quod nullo metu quantumvis gravi tolli potest. Ergo contractus ex metu gravi initius vi juris naturalis non est irritus. Confirmatur. Voluntarium mixtum & ex metu sufficit ad peccatum mortale: ergo etiam ad contractum & votum.

Dices. Iniquum est, ut, qui iniuste metum incutiendo ab alio consensum extortis, ex sua iniustitia commodum reportet: ergo contractus & consensus metu iniuste incusso extortus ipso iure naturae est invalidus.

Respond. neg. consequentiam: hinc enim sommummod sequitur, quod secundum juris aequitatem debet laeso competere remedium & beneficium rescissionis, ita ut ipso nolente contractus à Judice sit irritandus, ipso vero volente stare contractui, pars altera, qua metu consensum extortis, nequeat resiliere. p. l. ff. de iniurib[us] stipul. ubi haec habentur: *Dolo vel metu adhibito a[ctio]n[is] quidem naſcitur* (qua utique supponit validitatem contractus) *per do[ctrin]am tamen, vel metus excepione summoveri petitio debet.*

II. Inferes tamen secundum: Ex aequitate in jure naturali fundata per leges positivas quosdam contractus & vota ex metu gravi facta initia. Sic irritantur primo matrimonio contracta ex metu iniuste incusso per. c. *Cum locum, de sponsal.* quod etiam ad sponsalia extendit Sanchez. l. 4. de marit. disp. 19. Secundum vota solenaria in Religionis professione ob metum gravem in hunc finem incussum emissa per c. 1. de his, *qua vi metus ve causā finit.* Tertio: Jurisdictione data, vel propagata ex metu l. 2. ff. de *Judiciis &c. ubi periculum & ceterum de elect.* in 6. Quar[to]: promissio, vel solutio donis. ex l. si mulier. 21. §. si don ff. de eo, quod metus causa. Quinto: authoritas tutorum l. 1. §. ult ff. de *authorit. tutorum.* Sexto: absolutione ab excommunicatione data ex metu, c. un. de his *qua vi metus ve causā in 6.* Septimō: Testimonia in testamentis metu extorta à testibus l. 4. ff. de *testamentis.*

12. Inferes tertio: Metum nonquam per se, aliquando autem per accidens excusat à peccato. Non excusat per se: quia, cum non tollat voluntarium, etiam non auferit liberum: per accidens tamen quandoque excusat, vel quia turbando rationem non relinquit locum perfectae deliberationi, vel quia ob gravitatem mali imminentis hic & nunc cessat alicuius præcepti obligatio, veluti cum Amico observat Rhedius l. cit. n. 19.

13. Inferes quartio: Præcepta humana tam Ecclesiastica, quam civilia plerumque tam graviter non obligare, ut metus gravis ab iisdem non excusat: neque enim legislator præsumit tantum onus subditis imponere voluisse. Et sic lex jejuni, audiendi Sacri &c. non obligat cum periculo salutis corporalis, per. c. de *obser. jejuniorum.* In triplici tamen casu etiam præcepta humana posse

tiva obligant non obstante gravi metu. Primi, quando hoc exprimitur in ipso præcepto, & sic Carthusiani obligantur ad abstinentiam a carnis bus etiam in periculo mortis.

Secondo, quando metus incutitur eo fine, ut quid fiat in contemptum præcepti, tunc enim communis boni ratio exigit legis observantem etiam cum iactura boni particularis; Ac tertius, quoties actus præceptus respicit bonum communem: veluti est præceptum de non legendi Sacra, ne luminari, sine sacris vestibus, de aqua in calore miscendâ vino, tunc enim etiam ob magnum periculum & necessitatem non licere præcepto contrariari, propter bonum commune Religionis tali præcepto principaliter intentum, docet Castrop. cum alijs, quamvis aliqui, etiam contrarium opinentur.

Inferes quinto. Præcepta naturalia negantur, ut est de non fornicando, de non faciendo facimento invalido &c. Obligare in quounque gratiā metu: quia actus ejusmodi præceptis opponit intrinsecē malū, sed præceptiva actionis intrinsecē mali, adeo quod nullo metu vel a fu exculpabiles, aut à malitia separabiles.

Inferes sexto. Transgressionem præcepti naturalis positivi metum mortis incutientis probabiliter aliquando excusat possit, prout docet Sotus, Navarr. Jo. à S. Th. disp. 3. a. 2. quia præcepta affirmativa non sunt prohibitoria actionis intrinsecē malū, sed præceptiva actionis intrinsecē mali, sed excludunt moralem honestatem necessaria, qua cum quidem obligat semper, non tamen pro semper, ideo poterit dari aliqua circumstantia, in qua ipsius transgressio excusat. Ita ille Ildefonsius Bap. à peccato excusat paucula, quia non habens proximum periculum confessus in actu, negativè promittit sui deflorationem, quam sine vita sua discrimine impedit non posset: eo quod ista propria defensionis omisso adverteretur solūm præcepto affirmativo, quod tenet suam pudicitiam contra invalorem ipsius defendere.

Inferes septimo. Præcepta divina positiva in metu gravi non obligare: sic enim habent exempla in S. Script. primo Jos. 5. præceptum circumcisio per quadraginta annos itineris Israhelites non obligat, quia circumcisus propter laborem itineris de vita frumenti periclitari. Secundo quamvis omnibus laicis panes Propositionis fuerint interdicti, licuit tamen Davidi cum sociis in extremā famis necessitate illos comedere. I. Reg. 21. Christus quoque Matt. 12. suis Discipulis fame urgente spicas vellentes in die Sabbathi contra Iudeos præceptum observantia objecientes memorato exemplo Davidis excusat & defendit. Ut porrò dignoscet queat, quandonam præve periculum vel metus excusat, quando non, sequentem regulam tradit Rhedius l. cit. n. 27. quando nimis præcepta divina respicit propriam operantis utilitatem, tunc urgente gravi metu vel periculo non obligant, & ita aliquando non obligat præceptum materialis integratius in confessione: quando vero præceptum in sui observantia respicit commune bonum religionis, tunc obligare in quounque metu vel periculo, sic obligat sigillum confessionis, consecratio sub utrāque specie, confessio Eucharistia in pantriticeo &c.